UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXCX. Markgraf Hermann vereinigt die gemeinen Bürger und die Wollweber in Görlitz wegen ihrer Streitigkeiten über den Gewandschnitt, am 1. Juli 1301.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

forſkreff ſig at tiene hannem med L Mend, baade i Riget oc uden Lands, huis Hertug Ottho eller Conrad aff Brandenborg eller deris Boern vilde ſaette dennem der imod, eller gioere hannem nogen ſkade, da ſkal Kongen aff Danmarck forſvare hannem med Mact om gode icke kand hielpe.

Urkunden-Extract in Arrild Huitfeldts Danmarckis Rigis Kronicke (Kioebenhaffn 1650), T. I. p. 316. 317. Dieſe Urkunde gehört wohl ohne Zweifel in das Jahr 1300, wiewohl Huitfeldt ſie ins Jahr 1301 ſetzt.

CCXCIX. Otto, Konrad und Johann, Markgrafen von Brandenburg, unterſagen ihren Vögten, im Lande Bautzen ferner die Aechtung von Verbannten aufzuheben, bevor dieſelben den Verletzten Genugthuung geleiſtet haben, am 12. Februar 1301.

Otto et Conradus, et Johannes, dei gracia Brandeburgenſes et de Landesberg Marchiones, Omnibus audituris preſencia ſev viſuris, Salutem atque ſinceram ad beneplacita voluntatem. Ex quorundam relatu audiuimus, quod in Terminis noſtris Budeſſinenſibus, aliquociens pro maleficijs ſev dampnis proſcripti, per Advocatos noſtros ſev Officiales a proſcripcionis ſentencia abſoluuntur et liberi dimittuntur, Conſenſu et voluntate leſorum ac offenſorum minime, ut tamen ordo Juris poſceret, requiſito; Vnde cum ex eo ſenciamus detrimentum et grauamen noſtre Ciuitatis et Terre Budeſſinenſis Incolis redundare, maturo diſcretorum noſtrorum Militum ac vaſallorum vſi conſilio, mandamus et volumus nunc deinceps pro communi Jure teneri ab univerſis preſate Terre noſtre inhabitatoribus et ſeruari, quod nullus hominum a proſcripcionis ſentencia manumitti debeat aut abſoluj, quin prius et ante omnia offenſo et leſo de ſuis dampnis ac Iniurijs fuerit ſattiſfactum. In cuius euidenciam ſigillari juſſimus preſens ſcriptum. Actum et Datum in curia noſtra Torgekow (Torgelow?). Anno Dominij M°. CCC°. I. In dominica, qua cantatur Eſto michi.

Nach einer vom Polizeirathe Köhler zu Gorlitz mitgetheilten Abſchrift des im Stadt-Archive zu Bautzen befindlichen Originales. Ein übereinſtimmender Abdruck befindet ſich in Tzſchoppe und Stenzel's Urk.-Samml. S. 442.

CCXCX. Markgraf Hermann vereinigt die gemeinen Bürger und die Wollweber in Görlitz wegen ihrer Streitigkeiten über den Gewandſchnitt, am 1. Juli 1301.

Nos Hermannus, dei gracia Brandenburgenſis Marchio et dominus de Henneberg, Recognoſcimus publice proteſtantes, quod, cum ciues communes in Gorlitz et textores ibidem pannos facientes inter ſe controuerſiam ſuper pannis incidendis mouerent et haberent, ipſam controuerſiam ad noſtram audienciam delatam caſſauimus et Burgenſes communes vniendo cum textoribus in amicabili concordauimus, diligentes inter eosdem et volentes concordiam omnimodo conſeruari. Ne igitur occaſionem inter ſe habeant predicti ciues ex utraque parte contendendi, decreuimus, quod textores predicte ciuitatis noſtre et

alii, cujuscunque conditionis exſtiterint homines, pannos incidere nullatenus debent cunctis temporibus hujus mundi. Hij vero, qui in modo forenſi exiſtere dinoſcuntur paunos incidant de noſtre beneplacito voluntatis, volentes conſuetudinem omnium ciuitatum noſtrarum obſeruari de pannis incidendis in predicta ciuitate generalem. Concedimus inſuper ciuibus et indulgemus, quatenus vtilitate ciuitatis conſiderata communi conſtruere habitaciones valeant, quas inſtitoribus ſeu aliis in eyſdem habitacionibus manere volentibus locent pro annua penſione, quam penſionem quidem ciues Gorlitzenſes intendunt conuertere in vſum communem ciuitatis predicte et profectum. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum duximus ſigilli noſtri munimine roborandum. Datum Spandaw, Anno domini M°. CCC°. primo, octava St. Johannis Baptiſte.

Nach dem Abdrucke in Wilkii Ticemann. Append. 171.

CCCI. Die Markgrafen Otto und Johann beſtätigen dem Schleſiſchen Kloſter Trebnitz ſeine Beſitzungen im Lande Lebus, am 14. Juli 1301.

In nomine domini amen. Cum loginquitate (ſic) temporis geſtorum obſcuratur ſeries, niſi literis perhennetur; Igitur nos Otto et Johannes, dei gracia Burdinburgenſes et de Landisbergh marchiones, ob amorem dei et domini noſtri Iheſu Chriſti et beate marie virginis glorioſe, et eciam ob deuocionem procuratoris conuentus de trebnicia priuilegia iuſta vidimus audiuimus ſuper villas Trebnicz cum quinquaginta manſis, Johenſſelt cum quinquaginta manſis, Conlichſdorf cum quinquaginta manſis, Buchhulcz cum quinquaginta manſis, iura, poſſeſſiones eidem monaſterij Trebnicz pro bone memorie anteceſſoribus noſtris, ſecundum tenorem priuilegia predicta, liberos villas predictas eidem monaſterij confirmanus, Et eciam cum bona voluntate noſtra damus libertatem nunc et inperpetue, ſicut vidimus et audiuimus in priuilegia predicta, ab omnibus exaccionibus, ſolucionibus, Collectis, ſeruicijs et angarijs quibuscunque nominibus cenſeantur et ab omni noſtri grauamine. Et hec quatuor ville ſic vocate cum ſuis vſibus fructibus et vtilitatibus in veſtitum monialium et fratrum earum et non alias debent pertinere. Statuo firmiter, quod inhabitatores iam dictarum villarum coram noſtro Caſtellano aut coram Judice noſtro non comparebunt in Judicio, eciam non debent nobis ad caſtrorum edificacionem iuuare. Omnia Judicia, tam ſimplicia quam ſangwinis, procuratores monaſterij beate Hedwigis in predictis villis Judicabunt et omnes cauſas, exceptis tamen duabus, ſtupre et furtu, quibus Judicandis intereſſe volumus vna cum procuratoribus eccleſie priuſdicte, vt equm iudicium talia inueſtigantibus diligencius tribuatur. Si ibidem tunc aliqua pena fueret nullum iuſs ad eam habemus, ſed ad monaſterium prefatum pertinet. Et eciam quod Abbatiſſa eiuſdem cenobij Collacione ſuper ſcultetis aut ſcultecijs et eccleſiis eternaliter debent optinere in villis memoratis eas conſerre quod ſibi placuire uel oportunum fuerit, poſtergatis omnibus obſtaculis impedimentorum. Preterea ſi perſona ſexus vtriuſque Secularis uel ſpiritalis fraude ſubdola per longa ſpacia temporis